BENEDICTUS PP. XIII.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 27 (128)

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Cum, sicut dilectus filius Saluator Ascanius frater expressè professus Ordinis Prædicatorum Nobis nuper exponi fecit, ipse iam multis ab hinc annis uti Administer, seu negotiorum gestor Charissimi in Xpo filij Nri Philippi Hispaniarum Regis Catholici in Ciuitate Florentin commoretur, sibique nonnullos Ministros Nobiles eiusdem Philippi Regis recipere, ac cum illis agere oporteat, quibus in Conuentu Scte Mariæ Nouellæ nunct dti Ordinis absque regularis obseruantiæ præiudicio hospitium præbere nequit, quamdam decentem domum præuio tamen dti Philippi Regis beneplacito, pro eorumdem Ministrorum, inter quos dilectus pariter filius modernus Marchio de Monte Leone prope diem in eamdem Ciuitatem deueniet, habitatione conduxerit, ac proinde pro illorum spirituali consolatione Sacrosctum Missæ sacrificium in priuato ptæ Domus Orio celebrari facere posse summoperè desiderat, Nobis propterea dtus Saluator Ascanius humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè prouidere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur ipsum Saluatorem Ascanium specialibus fauoribus, et gratijs prosequi uolentes, et à quibusuis excommnis, suspensionis, et interdicti, alijsque ecclicis sententijs, censuris, et pœnis à Iure, uel ab homine quauis occasione, uel causa latis, si quibus quomolt innodatus exit, ad effum pntium tm consequen harum serie absoluentes, et absolutum fore censentes, huoi supplicibus inclinati, eidem Saluatori Ascanio, ut ipse in priuato domus huoi Oratorio, ad hoc decenter muro extructo, et ornato, seu extruen, et ornan, ab omnibus domesticis usibus libero, per Ordinarium loci prius uisitan, et approban, ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura, unam missam pro unoquoque die, et dummodo in eadem Domo celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum sæcularem, seu de superiorum suorum licentia regularem, sine tm quorumcumque Iurium parochialium præiudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Natiuitatis Dni Nri Iesu Xpi, alijsque solemnioribus anni festis diebus exceptis, in eorumdem Ministrorum, illisque inseruientium dumtaxat pntia celebrari facere libère, et licitè ualeat, auctè Aplica, tenore pntium concedimus, et indulgemus. Volumus autem, quod alij præter supràdictos ibidem Missæ huoi interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclia diebus festis de præcepto minimè liberi censeantur. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIIJ Martij MDCCXXVIIJ Pontus Nri Anno Quarto

Card. Oliverius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880200910-18/fragment/page=0001
DFG

1728 13/III

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (128)

Olivieri Card. Datho

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880200910-18/fragment/page=0002